

III. In administratione sacramentorum non
merita personarum, sed officia
consideranda.

Minister Ecclesie qui baptizat non mundauit Damasus, non mundauit Petrus, non mundauit Ambrosius, non mundauit Gregorius. Nostra enim servititia, sed tua sunt sacramenta. Neque enim humanæ opis est diuina conferre, sed tuum Dominum munus & Patris est, qui locutus es per prophetas dicens: * Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii & filiae eorum. Tom. 2 in prologo lib. i. de Spiritu sancto.

Est ne adhuc quod dubitare debebas, cum euidenter tibi clamet in Euangelio Pater, qui ait: * Hic est Fi ius meus in quo complacui? Clamat Filius, super quem sicut columba se demonstrauit Spiritus sanctus. Clamat & Spiritus sanctus, qui sicut columba descendit. Clamat Daud: * Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit, Dominus super aquas multas. Cum tibi Scriptura testetur, quod ad Hierobal preces ignis descendenter de celo. Et rursus pre-

3. Reg. 8.
In administracione sacramenti clamauit. Non merita personarum consideres, sed officia Sacerdotum. Et si merita spectas, sicut Heliam consideres, Petri quoque merita spectato vel Paulli, rita persona qui acceptum a Domino Iesu hoc nobis mysterium rum considerantur tradiderunt. Tom. 4. lib. de ijs, qui mysterijs initiantur, rada sunt, sed Cap. 5.

officia.

C A P V T . S E C V N D V M

De Sacramento Baptismi.

I. Baptismum vere & propriæ sacramen-
tum esse nouæ legis.

* 2. Mach. 2. **D**Enique quod consumtum est sacrificium Moysis tempore, sacrificium pro peccato erat. Unde Moyses ait, * sicut in Machabæorum scriptum est libro, eo quod non sit manducatum quod erat

erat pro peccato, consumptum est. Nónne tibi consu- In baptisma-
mi videtur quando in baptismatis sacramento inter- tis sacramen-
it homo totus exterior? Tom. 1. lib. 3. Offic. Cap. 14. to totus homo

Sicut autem plurima baptismatū genera præmis exterior inter-
sa sunt, quia secuturum erat verum illud unum in rit.

Spiritu & aqua sacramentum baptismatis, quo to-
tus redimitur homo. Tom. 3. lib. Epist. 9. Epist. 77.

Sed nec mirum si in baptismi sacramento aperia- Sacramēto be-
tur infernū, cùm tunc quoque referetur & cœlum. ptismatis aper-
Tom. 3. Serm. 31. riatur infernus

In Euangelio Dominus redempturus hominū ge- & referatur
nus passione sui corporis, & emundaturus sanguine cœlum.
fuo, sacramento que baptismatis, ait; * Pater venit * Io. m. 17.
hora, clarifica filium tuum, vt & filius tuus clarifices
zc. Tom. 4. lib. de arca & Noe, Cap. 5.

II. Per Baptismum tolli totum id, quod veram
& propriam peccati rationem habet,
non autem radi tantum, vel
non imputari.

IN alio quoque libro suo de Sacramento regenerationis, vel
de Philosophia quæ scripsit, ita loquitur beatus Ambrosius:
Beata igitur mores, quæ nos peccato eripit, vt refor-
met Deo. Qui enim mortuus est, iustificatus est à
peccato. Numquid naturæ fine, inquit, iustificatur à Instrumentum
peccato aliquis? Non vtique. quoniam qui peccator iustificationis
moritur, in peccato manet. Ille autem iustificatur à est baptisma
peccato, cui per baptismum peccata remittuntur
omnia. Habes ad ista quid dicas? Vidēne quemadmodum
expresserit vir venerabilis, in baptismō fieri hominis mortem
beatam, ubi remittuntur peccata omnia. Paullo post: Ve-
rum si hoc parum est, rursus quid dicat attende in exposito
ne Esaie propheta: Videamus, inquit, ne qua sit post
huius viri curriculum nostra regeneratio, de qua di-
ctum est, * In regeneratione, cum federit Filius ho- * Matth. 19.
minis in throno gloriæ suæ. Sicut enim regeneratio Regeneratio
lauaci dicitur, per quam deterga colluuione pecca- duplex.

torum, in regeneratione cùm sederit Filius hominis renouamur, ita regeneratio dici videtur, per quam ab omni corporeæ cōcretionis purificati labē, mundo animæ sensu in vitam regeneramur eternam. *Augustinus. Tom. 7. lib. 2. contra Julianum Pelagianum.*

Arbitror quòd nec ignem istum possimus ignorare, cùm legerimus, quia baptizat Dominus Iesu in Spiritu sancto & igni, sicut in Euangeliō dixit Ioannes. Merito cōsumebatur sacrificium, quoniam pro peccato erat. Ille autem ignis typus Spiritus sancti fuit, qui descendens erat post Domini ascensionem, & remissurus peccata omniū, qui quasi ignis inflamat animum ac mente mentem fidelem. Vnde ait Hieremias accepto Spiritu: *Et factum est in corde meo ut ignis ardens, flammigerans in ossibus meis, & dissolutus sum vndique, & ferre non possum. Quid ergo sibi vult, quòd ignis aqua factus est, & aqua ignem

In baptismō peccatiū exurrit, & eluitur.

* 1. Cor. 3.

Ignis sacer qui in veteri lege sacrificiū absamebat typus fuit baptismatis, quo peccata absumuntur

* Hier. 2.

* 3. Reg. 18.

tum est ergo hunc esse vere ignem sacrum, qui tunc in typo futuræ remissionis peccatorum descendit super sacrificium. Hic igitur ignis absconditur captiuitatis tempore quo culpa regnat, tempore autem libertatis promittur. Et licet in aquæ speciem mutatus, tamen seruat ignis naturam, vt consumeret sacrificium. Nec mireris, cùm legeris, quia Pater Deus dixit: * Ego sum ignis consumens. Et alibi: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Ipse quoque Dominus Iesu quasi ignis inflamat audientia corda, quasi fons refrigerat. Nam ipse in Euangeliō suo dicit, quòd ideo venerit, vt ignem in terras mitteret, & potum sicutibus aquæ viuæ ministraret. * Heliae quoque tempore descendit ignis, quando prouocauit prophē-

prophetas gentium, ut altare sine igne accenderent. Et cùm illi nequissent facere, hostiam suā tertio ipse perfudit aqua, & manabat aqua in circuitu altaris, & exclamauit, & ecce dicit ignis à Domino de cœlis, & consumit holocaustum. Hostia illa tu es. Considera *Spiritus sanctus* tacitus singula. In te descendit vapor Spiritus sancti, et *in baptis* te videtur exurere, cùm tua peccata consumit. Denique *smae peccata* que quod consumptum est sacrificium Moysi tempore consumit quēre, sacrificium pro peccato erat. Vnde Moyses ait, *admodū ignis* sicut in Machabœorum scriptum est lib^o, eo quod è calo denisi non sit manducatum quod erat pro peccato, consumit *sus sacrificium* tum est. Nónne tibi consumi videtur, quando in ba- *Heliæ.*
ptismatis sacramento interit homo totus exterior?

* Vetus homo noster exterior crucifixus est cruci, *Rom. 6.

Apostolus clamat. Illic sicut patrum exempla te do-
cent, Aegyptius demergitur, Hebreus resurgit san-
cto renouatus Spiritu, qui etiam per mare rubrum
inoſſeno trāſiuit vestigio, ubi baptizati sunt patres
sub nube & in mari. In diluvio quoque Noe tempo-
re mortua est omnis caro, iustus tamen cum sua pro-
genie seruatus est. An non consumitur homo, cùm *Exterior ho-*
absorbetur mortale istud à vita? Denique exterior *mo corrūpitur*
renouatur *interior ren-*
natur dū bas-
ptix amur.

Quæ sit ista meretrix, quæ ista Samaritana muli-
er, cuius adulterij serdes fons Christi deterserit, soli-
citus requiramus. Ego hanc mulierem Ecclesiam ef-
fe puto de gentibus congregatam, quæ & transactis
annis quinque millibus, cùm in sexto millesimo an-
no idolorum fornicationibus subiaceret, omnem *Ecclesia gēti-*
ignominiam suam adueniente Christi fonte purga-*lum sanguine*
uit, & maculas, quas ab adulterinis sacrilegijs con-*Christi in ba-*
traxerat, fide Salvatoris abstersit, ac relinques sic-*ptismo lota nō*
ut inanem hydriam priorem patrium cursum vniuer*recordatur*
fo orbi Domini annunciauit aduentum. Hæc, in-*priorū scle-*
quam, illa est meretrix, quæ posteaquam lota est, ni-*rū, sed in inte-*
hil dicit se fecisse prauum. Posteaquam enim Eccl-*gritate gloriæ*
es baptismi nitore purgata est, diabolice impietatis *atur.*

non

*Eceli.3.

non meminit, religione veritatis exsultat, factaque de meretrice virgo non recordatur priorum, sed gloriatur in integritate. Ait ergo Prophetæ: *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Sæpe quidem videmus hoc fieri, vt aqua effusa flammam restinguat incendia, sed & econtrario intentum videmus, quod immensum igni globi aquarum fluente consumant, & velut ab aquis accepta esca vehementius rediuius ardoribus conualescat, ita ut videatur aqua non extinxisse incendia sed auxisse. Quænam est illa aqua, que consumit flamas, nec ipsa consumitur a peccatoribus, sed gehenna consumit incendia? Quæ dum per baptismum infunditur, & ipsa in hominibus & tartari restinguat ardorem. Viuit plane in hominibus, sicut ait Dominus: *Aqua autem quam ego dabo ei, si et in eo fons aquæ salientis, & reliqua. Mirum ergo in modum aqua Christus una eademque operatione & viuiscat, & extinguit. Viuiscat enim animas, delicta restinguat, has lauacri sui refrigerio reparat, illas gurgitis sui vnda confumit. Tom. 3. Serm. 31.

*Ioan.4.

Hoc per baptismatis sacramentum Christus operatur, vt exuat unusquisque quod natus est, induat quod renatus fiat non famula hæres, sed gratia, vt perpetuum domicilium habitationis æternæ sibi possit acquirere. Tom. 4. in psalmum 36.

Ad quantam gratiam vocaris ô homo? purgaris per baptismum & non exureris: sanaris & non doles: reformatis sed non dissolueris, iustum mortis non expicipis, & resurgis. Tom. 4. lib. de ieiunio et Helia, Cap. 22.

Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum.] Omnem enormitatem sceleris baptismi sacramenta dimittunt. Tom. 5. lib. 8. Comment. in cap. 17. Luca.

An ignoratis quia quicumque baptizati sumus.] Ideo per aquam (baptismina) celebratur, vt sicut aqua fortes corporis abluit, ita & nos per baptismum spiritualiter purgatos nos & innouatos credamus, vt quod incorporale est, inuisibiliter abiuatur. Tom. 5. in

q. in cap. 6. Epist. ad Romanos.

Sunt haec nostra etate Lectio, ut est ea monstrorum
opinionum feracissima, qui concupiscentiam, que regenera-
tus inheret, vere & propriè peccatum esse, quamvis noster af-
fensus ad illam non accedit, assérere velint, et quidem B.
Ambrosij verbis. Inquit enim illum Tom. 4. lib. de Isaac &
anima, cap. 8. Iniquitatem recensere inter vita qua post ba-
ptisma suscepimus manent. Verum si B. Augustino credimus
(credimus autem illi lubenter: melior enim illo Ambrosij ino-
terpres haberi nemo potest) concupiscentia peccatum seu ini-
quitas dicitur, non quid propriè alicuius peccati rationem in
renatis habeat (quicquid enim illius est, baptismi eluitur) sed
dicitur tamen iniquitas propterea quod inquam sit, hoc est,
inconueniens, & prime hominis creationi contrarium, ut ca-
ro concupiscat aduersus spiritum. Locus Ambrosij quia obscu-
rus est, & ab aduersariis nostris à vero sensu probabiliter
satis detorquetur, putauit cum verbis Augustini, ad cuius in-
terpretationem prouocaui, illudstrandum, qui Tom. 7. lib. 2.
contra Iulianum Pelagianum, ita ait: Quæ si satis non sunt,
ad huc audi. In libro de Isaac & anima idem dicit: Bonus ers-
go rector malos equos restrinxit & revocat, bonos incitat. Bo-
ni equi sunt quietior, prudentia, temperantia, fortitudo, iu-
stitia. Mali equi, iracundia, concupiscentia, timor, iniquitas.
Numquid ait, Bonus rector, bonos equos habet, malos no[n] ha-
bet? Sed ait, bonos incitat, malos restrinxit & revocat. Vnde
isti sunt equi. Nempe si eos substantias dicimus vel putamus,
Manichæorum fauimus vel heremus insania, quod ut absit à
nobis, catholice istos equos intelligimus vitia nostra, que legi-
mentis ex lege peccati resistunt. Non à nobis hec vitia sepa-
rata, alicubi alibi erunt, sed in nobis sanata nusquam erunt.
Verum tamen quare non in baptisme perierunt? An non
dum fateberis quod reatus eorum perierit, infirmitas manes-
tit, non reatus quo ipsa rea fuerant, sed quo nos reos fecerāt,
in malis operibus, quo nos traxerant. Nec ita eorum man-
sit infirmitas, quasi aliqua sint animalia, que infirmantur,
sed nostra infirmitas ipsa sunt. Nec in his equis malis ini-
quitas nominasse putandus est illam, quæ deletur in baptismo.

illa

Illa namque peccatorum quæ fecimus fuit, quæ cuncta remis-
sa sunt, atque omnino iam non sunt, quorum reatus manebat,
quando ipsa fiebant atque transibant. Etiam vero legem pec-
cati cuius manentis reatus in sacro fonte remissus est, pro-
pterea vocavit iniuriam, quia iniquum est, ut caro concus-
piscat aduersus spiritum, quemadmodum ad sit in nostra renova-
tione iustitia qua iustum est, ut aduersus carnem spiritus concus-
piscat, ut spiritu ambulemus & concupiscentias carnis non
perficiamus. Hanc quippe iustitiam nostram inter bonos
equos inuenimus nominatam. Hęc Augustinus pro Ambrosię
defensione.

III. In baptismō Spiritum sanctū conferri.

SAlua fide dixerim, licet baptismum vtrumque
sit Domini, tamen gratius puto hoc baptismum
esse, quo nos abluimur, quam illud quo Saluator ba-
ptizatur. Hoc enim celebratur per Christum, illud
celebratum est per Ioannem. In illo se magister ex-
cusat, in isto nos Saluator inquit. In illo iustitia se-
mplena, in isto Trinitas est perfecta. Ad illud sanctus
venit, sanctus egressus: ad istud peccator venit,
& sanctus abscedit.

Et paulo post:

Denique ipsdem sacramentis res agitur, quibus &
tunc gesta est, nisi quod gratia pleniore. Tunc enim
Trinitatem carnibus oculis vidimus, modo ean-
dem Trinitatem fidei oculis contemplamur. Tunc
Christum vix humanus vultus aspexit, nunc eundem
mens humana complectitur. Tunc Spiritus sanctus
velut columba specie hominem circumfudit, modo
se in interiora hominis ipsa virtute diuinitatis infun-
dit. Tom. 3. Serm. 41. de baptismo gratia.

Non autem scriptum est tunc propter ipsum so-
lum, quia reputatum est illi iustitiam, &c.] Ante
passionem qui baptizati sunt, solam acceperunt re-
missionem peccatorum, quorum zelo satanas occi-
dit Salvatorem. Post resurrectionem vero, tam hi
qui prius, quā isti, qui postea bapuzati sunt, omnes
iustificati

Spiritus san-
ctus se in inte-
riora hominis,
dum baptiza-
tur, ipsa diu-
nitatis virtu-
te infundit.

Cap. II. De Sacramento Baptismi.

121

iustificati sunt per datam formam fidei, accepto^{que} Spiritus sancto, qui signum est credentium, quod sunt filii Dei. Tom. 5. in cap. 4. Epist. ad Rom.

Spiritus sanctus
et signum est
credentium.

Si oraueris lingua, spiritus meus orat, mēs autem meas sine fructu est. Manifestum est, ignorare animum nostrum, si lingua loquatur, quām nescit, sicut assident Latini homines Grēce cantare oblectati sono verborum, nescientes tamē quid dicant. Spiritus autem, qui datur in baptismō, scit quid oret animus, dum loquitur, aut perorat lingua sibi ignota: mens autem, qui est animus, sine fructu est. Tom. 5. in cap. 14. Epist. ad Corinth.

1111. Baptismum non esse liberum, sed necessarium ad salutem.

Ergo & Iudeus & Grēcus, & quicunque creditur, debet scire se circumcidere à peccatis, ut possit saluus fieri. Et domesticus, & alienigena, & iustus, & peccator circumcidatur remissione peccatorum, ut peccatum nō operetur amplius, quia nemo ascendit in regnum cœlorum, nisi per sacramentum baptismatis. Tom. 4. lib. 2. de patriarcha Abraham, Cap. 11.

Nemo ascēdit
in cœlum nisi
per sacramen-
tum baptisma-

Typum baptismatis demonstrauit Heliās, & cœlum aperuit, quod fuit clausum tribus annis & sex mensibus. Quanto maiora munera veritatis sunt?

Aperuit itaque cœlum non pluvia descendens, sed ascendens gratia. Nemo enim nisi per aquam & Spiritum ascendit in regnum cœlorum. Tom. 4. lib. de Heilia & ieiunio, Cap. 22.

V. Baptismatis sacramentum non nisi in forma Ecclesiæ verbisque Euangeli-cis rite conferri.

Vi non est plenum baptismatis sacramentum, nec principium vel species aliqua baptismatis estimatur. Plenum autem est, si Patrem & Filium Spiritumque fatearis. Si vnum neges, totū subrues. Raptis marite conferitur in confessione Trinitatis.

Et

Et quemadmodum si vnum in sermone comprehendas, aut Patrem, aut Filium, aut Spiritum sanctum, fide autem nec Patrem nec Filium nec Spiritum abneges, plenū est fidei sacramentū: Ita etiam quāuis & Patrem, & Filium & Spiritum dicās, & aut Patris, aut Filii, aut Spiritus sancti minus potest ētatem, vacuum est omne misterium. Tom. 2. lib. 1 de Spiritu sancto, Cap. 3.

* 1 Ioan 5.
Aqua bapti-
smatis non
mundat sine
spiritu.

* 1 Ioan 3.
Aqua sine crux
quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest in-
troire in regnum Dei. Credit autem etiam catechu-
lementū com-
menus in crucem Domini Iesu, quia & ipse signatur,
mune absq; vle
lo sacramenti &
effectu.

Hinc cognosce, quod aqua non mundat sine spiri-
tu. * Ideoque legisti quod tres testes in baptismate
vnum sint, aqua, sanguis, & spiritus: Quia si vnū ho-
rum detrahias, non stat baptismatis sacramentum.
Quid est enim aqua sine cruce Christi? Elementum
commune sine vlo sacramenti effectu. Nec iterum
sine aqua regenerationis mysterium est. * Nisi enim
Sed nisi baptizatus fuerit in nomine Patris, & Filii,
& Spiritus sancti, remissionem non potest accipere
peccatorum, nec spiritualis gratia munus haurire.

Tom. 4. lib. de his qui initantur mysterijs, Cap. 4.

V I. Adultis, si baptizantis potestas non detur, voluntatem promtam sufficere.

Valentinianus
secundus abs
que sacra-
mento baptis-
matis ex hac vi-
zia decepsit.
Valentinianus
voto bapti-
smata consecu-
tus est.

* Sapien. 4.

Sed audiui vos dolere quod (Valentinianus) non
aceperit sacramenta baptismatis. Dicite mihi,
quid aliud in nobis est, nisi voluntas, nisi petitio? At-
que etiam dudum votum habuit, ut antequam
in Italiam venisset, initaretur, & proxime baptiza-
ri se à me velle significauit. Et ideo præ ceteris caus-
is me acerendum putauit. Non habet ergo gratia-
m quam desiderauit? Non habet quam poposcit? Et
quia poposcit, accepit? Et vbi illud est: * Iustus qua-
cumque morte præuentus fuerit, anima eius in re-
frigerio erit? Solus igitur Pater sancte, munus seruo
tuo, quod Moyses dū in spiritu vidit, accepit: Quod
Daud, quia ex reuelatione cognovit emeruit. Solus,
inquam,

inquam, seruo tuo Valentiniāno munus quod con-
cupiuit, munus quod popo scit sanus, robustus, inco-
lumis. Si affectus ægritudine distulisset, tamen non
penitus à tua misericordia esset alienus, qui celerita-
te temporis esset nō voluntate fraudatus. Solue er-
go seruo tuo munus tuę gratię, quam ille numquam
negavit: qui ante diem mortis templorum priuile- Templa Geno
tiliū insit V
bat virorum catena gētilium, supplicabat Senatus. lentianus oca
Non metuebat hominibus displicere, vt tibi soli pla- cludi.
ceret in Christo. Qui habuit Spiritum tuum, quomodo
do non accepit gratiam tuam? Aut quia solemnitate
non sunt celebrata mysteria, hoc mouet? ergo nec
martyres, si catechumeni fuerint, coronentur. Non
enim coronantur, si non initiantur. Quòd si suo ab-
luuntur sanguine, & hunc sua pietas abluit & volun-
tas. Tom. 3. in oratione sinebri de obitu Valentiniāni Impe-
ratoris.

VII. Baptizatum posse amittere gratiam peccando, si velit.

Catechumenos
sepe baptizā-
tur suo sanguī-
ne. Observan-
dum hoc loco
triplicem esse
baptismū. fla-
minis, fluminis,
& sanguinis.

Ambrosius libro suo de Sacramento regenerationis, vel
de Philosophia quem scripsit, ita loquitur: Beata igi-
tur mors, quæ nos peccato eripit, vt reformat Deo.
Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato.
Numquid naturæ fine, inquit, iustificatur à pecca-
to aliquis? Non vtique, quoniam qui peccator mo-
ritur, in peccato manet. Ille autem iustificatur à peccato, cui per baptismum peccata remittuntur Illi iustifica-
tur à peccato,
omnia. Habes ad ista quid dicas? Vidēsne quemadmo-
dum expreserit vir venerabilis, in baptismo fieri hominis finū remittun-
mortem beatam, rbi remittuntur peccata omnia? Sed at-
tende aliud, attende quod non vis. Aduertimus, inquit, cuiusmodi fit mors mystica, nunc consideremus cu-
iusmodi sepultura esse debeat. Non ergo satis est
vt moriantur vitia, nisi marcescat corporis luxus,
& omnium vincularum carnalium compago sol-
uatur, omnis nodus corporei laxetur usus. Nemo

N fibi

Baptizatus d. sibi blandiatur quod aliam figuram induerit, myligerenter caue*re*. stica præcepta acceperit, ad continentia disciplinum ne in pris nam applicuerit animum: Non quod volumus hoc sima relabans agimus, sed quod odio habemus hoc facimus. Multa tur vitia. operatur in nobis peccatum: Nobis reluctantibus rediuiæ plerumque voluptates resurgunt. Luctandum nobis aduersus carnem est, luctatus est aduersus eam Paullus. Augustinus Tom. 7. lib. 2. contra Iulianum Pelagianum.

Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, vt gratia abundet? Absit.] Hoc est, numquid semper peccandum est vt donum Dei abundet, tegens nostra peccata, vt semper remissionem peccatorū spe*re*? Deus nostri id rantes, quia Deus pius est, Christi gratiam proferat à peccatis, abstinentes, gratiā ipsius in nos regnare refaciamus. Non vtique. Ideo enim nostri misertus est Deus nos*trī* per Christum, vt de cetero non peccantes & meritorum nobis, & Dei gratiā in nos regnare faciamus. Aufert enim regnum gratiæ Dei & tradit peccato, qui rursus redit ad veterem hominē, id est, ad ritum præteritæ vitæ. Duabus enim ex causis misericordiam accepimus, vt & diaboli regnum excluderetur, & Dei imperium ignorantibus prædicaretur, per hoc ipsum dignitate nobis quæsita. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo?] Hoc dicit, quoniam viuentes peccato mortui eramus apud Deum. Qui peccat enim, viuit peccato: sicut qui non peccat, viuit Deo. Superueniente enim gratia Dei per Christum, & nos per fidem lauacro spirituali regenerante, cœpimus viuere Deo, mortui autem esse peccato, qui est diabolus: hoc est tamen ad pristinos mori peccato, liberari à peccato, fieri autem seruū mores redeunt, Dei. Itaque mortui iam peccato non redeamus ad penam quam mala pristina, ne iterum viuamus peccato, & morientes Deo amissa dignitate penam quam euasimus suis incurramus. Tom. 5. in cap. 6. Epist. ad Rom. Lege initium cap. 5. Epist. 2. ad Corinth.

VIII. Baptismum verum & rite collatum illi re-
iterandum non esse, qui vel apud infideles fidem
Christi negauerit, vel in aliud peccatum
mortale prolapsus fuerit, cum ad
pœnitentiam reuertitur.

CVM igitur tam evidenti & ipsius Apostoli & Nouatiani B.
Scriptorum eius exemplo redarguantur, tamen **Apostolum in**
adnuc obniti volunt & auctoritatem aiunt **Apostolus epistola ad**
Hebreos lato licet sibi suffragari sententia, allegantes scriptū ad Hebreos la-
bros: * Impossibile est enim hos qui semel illuminati veniā ne-
nati sunt & gustauerunt donum cœlestis & partici-
gare aiunt. pes facti sunt Spiritus sancti, & bonum gustauerunt * Heb. 6.
Dei verbum, virtutesque futuri seculi, lapsos iterum
renouari in pœnitentiam, rursus crucifigentes Fili-
um Dei & ostentatione triumphantes. Numquid
Paullus aduersus factum suū prædicare potuit? Do-
natit Corinthio peccatum per pœnitentiam: Quo-
modo hic potuit sententiam suam ipse reprehendere?
Ergo quia non potuit quod ædificauerat
destruere, non contrarium dixisse eum sed diuersum
aduercimus. Quod enim contrarium est, scipsum im-
pugnat: quod diuersum est, distinctam solet habere
rationem. Ita autem contrarium non est, ut alterum
suffragetur alteri. Etenim quia de remittenda præ-
dicauit pœnitentia, debuit & de ijs qui iterandum
putant baptismum non silere: & prius sollicitudinem
nobis auferre oportuit, ut sciremus etiam post ba-
ptismū, si qui peccarent, donari eis posse peccatum, **Lapsis post sua**
sceptum baptis nespe veniæ delictos iterandi baptrismatis opinio **fma restat pœ**
vana peruerteret. Deinde iterandum nō esse bapti **nitentia.**
fma, rationabili disputatione suadendum fuit. De **Baptisma non**
baptismate autem dictum verba ipsa declarant, **esse iterandū**
quibus significauit impossibile esse lapsos renouari **Paulus fuidet**
in pœnitentiam. Per lauacrum enim renouamur, per
quod renascimur, sicut ipse Paullus dicit: * Conse- * Rom. 6.
pulti enim sumus cum illo per baptismum in morte,
ut quemadmodum surrexit Christus ex mortuis per

*Ephes.4.

*Psal.102.

*Ephes.6.

*Caro nostra
nō potuit abo-
lere peccatum,
nisi crucifixa
effet in Chri-
sto Iesu.
Qua fraude
hereticorum itera-
tionem baptis-
mi inducere
concentur.*

*Qui semel ba-
ptismate los-
tus est, nō in-
diget alia lo-
tione.*

gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Et alibi : * Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est. Et alibi : * Renouabitur sicut aquila iuuentus tua. Quod etiam aquila cum fuerit mortua ex suis reliquijs renascatur : sicut per baptismatis sacramentum cum facerimus peccato mortui, renascimur Deo, ac reformamur. Vnum ergo baptismum docet, sicut alibi : * Vna fides, vnu, inquit, baptisma. Illud quoque evidens, quod in eo qui baptizatur, crucifigitur Filius Dei : quia non foruit caro nostra, abolere peccatum, nisi crucifixa esset in Christo Iesu. Tom.1.lib.2.de Panitentia, Cap.2.

Neque poterat (Petrus) dubitare de Christi munere, qui sibi soluendorum peccatorum dederat potestatem, præsertim cum versutis hæreticorum locum non deberet relinquere, qui ideo volunt spem hominum destituere, vt iterandi baptismatis apud desperantes facilius inducant persuasionem. Tom.1. lib.2.de Panitentia, Cap.5.

Honora patrem tuum, & matrem.] Quicumque dixerit, Munus quodcumque est ex me, tibi proderit, non honorificabit patrem aut matrē. Quod propter obscuritatem sensus non imprudenter defleximus. nam Iudæi dum hominum traditionem sequuntur, Dei negligunt. Discipuli traditionem Dei præferentes hominum neglibebant, vt manus non lauarent cum panem māducarent, quoniam qui lotus est totus, non habet necesse vt manus lauerat. Lauerat eos Iesus, lauacrum aliud non quærebant. Vno enim Christus baptismate omnia soluit baptismata. Itaque quem lauerit Ecclesia, non habet necesse iterum lauare. Tom.5.lib.8.Comment.in cap.18.Luce.

IX. Anabaptismum Nouatianis, Arrainis, Do- natistis & Manicheis in vsu fuisse.

Ergo Domine Iesu ad Ecclesiam tuā totus adueni, quoniam Nouatianus excusat. Nouatianus

Cap. II. De Sacramento Baptismi. 197

nus dicit: Iuga boum emi, qui iugum Christi suaue non suscipit, & onus graue collo imponit suo, quod *Nouatianus* portare non queat. Nouatianus seruos tuos à qui-
bus inuitabatur tenuit, & contumelia affectos occi-
dit, quos iterati baptismatis labe inquinauit. *Tom. I. smatis labe co-*
lib. de Pœnitentia, Cap. 6. *discipulos suos*
iterati baptis-
inquinauit.

Nunc illos interrogo quod Saluator interroga-
uit: *Baptismum Ioannis de celo est an ex homini- ** Luce 20.*
bus? Etnon potuerunt ei respondere Iudei. Si bapti-
smum Ioannis non soluerunt Iudæi, Auxentius sol-
uit baptismum Christi? Non enim istud ex homini-
bus est baptismum, sed de celo, quod derulit nobis
cōsilij magni Angelus ut iustificemur Deo. Cur igi- *Auxentius Ar-*
tur rebaptizandos Auxentius fideles populos putat *rianus fideles*
baptizatos in nomine Trinitatis, cùm Apostolus di- *baptizatos in*
*cat: * Vna fides, vnum baptisma?* Et se hominum di- *nomine Trinitatis*
cit aduersarium esse non Christi, cùm consilium Dei tatis rebapti-
spernat, & cōdemnet baptismum, & quod Christus *zanit.*
nobis ad redimenda nostra peccata donauit. *Tom. * Ephes. 4.*
3. lib. 5. Epist. in oratione in Auxentiu de basilicis tradendis.

Gratias ago Deo quod neminem vestrum bapti-
zauini nisi Crispum & Caiū, ne quis dicat quod in no-
mine meo baptizati estis.] Gratias agit Deo, quia nō
multos ex illis baptizauit, ne quia error sub hac rati-
one ceperat, ex nomine eius error esset in plurimis,
per hoc arguens & baptizantes & baptizatos, qui ad
iniuriā Salvatoris baptismatis eius gratiam homini-
bus deputabant, illis dissimilantibus gloriae causla.
Sic enim erant, sicut nunc Nouatiani & Donatiani, *Donatisti cō-*
qui baptismum sibi vindicāt, à nostris baptizatos re- *Nouatianis in*
probantes, & baptizati ab his gloriantur in personis *terandum bæsi-*
eorum. Denique Christi nomine abdicato Noua- *ptismum sensi-*
tianos & Donatianos vocari se gloriantur. *Tom. 5. tiunt.*
in Epist. ad Corinth. I. cap. I.

X. Baptismum Ioannis, non habuisse eandem
vrim & efficaciam, cum baptismo Chri-
sti ad remissionem peccatorum.

*Psal. 131.

*Ioan. 5.

*Ibidem.

Christus Ioan
nem obscura
uit.

*Ioan. 3.

Ioannis bapti
fma superuen
ente Christi
gratia vacua
tum est.Aliud fuit ba
ptismum paen
tentie, aliud
gratiae.

Habet autem & Christus sol lucernam suam quæ eius ortū præcessit sicut dicit Prophetæ: * Parauit lucernam Christo meo. Quæ autem ista lucerna sit, ostendit Dominus dicens de Ioanne Baptista: * Ille erat lucerna ardens. Ipse autē Ioannes ut præcedens lucernæ lumen exiguum, ait: Ecce venit post me, cuius non sum dignus foluere corrigiam calciamentorum eius: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Simul etiam intelligens lumen suum foliis radijs offuscandum, ante prædictum: * Illum oportet crescere, me autē minui. Sicut enim lucernæ claritas destruitur solis aduentu: ita & Ioannis penitentia baptisma superueniente Christi gratia vacuatum est. Tom. 3. Serm. 16. de natali Domini.

Ego vos aqua baptizo.] Cito probavit non esse se Christum qui visibili operetur officio. Nam cùm ex duabus naturis homo, id est, ex anima subsistat & corpore, visibile per visibile, inuisibile per inuisibile mysterium consecratur. Aqua enim corpus abluitur, spiritu animæ delicta mundantur. Aliud agimus, aliud inuocamus. Licet etiam in ipso fonte sanctificatio diuinitatis aspiret. Non enim aqua omnis ablutio est, sed hæc inter se diuisa esse non possunt. Et ideo aliud fuit baptismum penitentie, aliud gratiae est. Istud ex utroque, illud ex uno. Nā cùm communia delicta sint mentis & corporis, purificatio quoque debuit esse communis. Tom. 5 lib. 2. Comment. in cap. 3. Luca.

CAPVT TERTIVM De Paruulis & baptismo paruulorū.

I. Paruulos etiam Christianorum nasci in peccato originali, & ab eo non nisi per laudem regenerationis vindicari posse.

Attende ergo paullisper, quomodo ex hac legge peccati omnem generari hominem, & id eo trahere originale peccatum, sanctus eloueretur.